

mobilis ostendet uerum Veneris motum, Notandum autem & hoc in loco est, minuta proportionalia interdum hic quoq; aliquid addere aut diminuere à uero motu Veneris ob eius æquationem, quare iam agas sicut in inuestigatione ueri motus Martis dictum est de minutis proportionalibus.

¶ Exemplum de Venere.



AD annum Christi 1522 currentem, diem uero 20 Iulij inueniam uerum Veneris. Medius aut Veneris, qui uerus etiam Solis, est in 7 gradu Ω , super hunc dirigo indicem mobilis rotulæ. Deinde quæro radicem argumenti Veneris cum anno dato 11 scilicet 1 gradum, quem numero in orbe epicycli, & super eum extendo filum epicycli. Postea cum die 20 Iulij ingredior tabulã argumenti Veneris in mensibus & diebus, & in angulo communi reperio 5 gradus sub E litera, hæc quæro in uolubili rotula, & ea duco sub filum epicycli, quod ostendit medium Veneris argumentum tempore dato, 5 gradum γ . Iam filum centri extendo super punctum γ in uolubili rotula signatum, id in zodiaco immobilis ostendit 21 gradum Ω uerum locum Veneris. Cum autem minuta proportionalia aliquid adi mant aut adiñciant, tabulam minorũ proportionalium ingredior cū medio Veneris per centrum æquato, 7 scilicet Ω , & reperio 49 minuta subtractiua. Deinceps sub titulo subtractionis argumentum mediũ Veneris quæro, 5 nempe gradum γ , quod in tabula ostendit 0 gradum, quare uerus Veneris iam iam inuentus, 21 scilicet gradus Ω , & equatus ijdem sunt, iam uero cum argumentum eius non incidat arcum retro gradationis eius, directa est.

¶ Medius uerusq; Mercurij inuestigandi sunt.



INDICEM uolubilis rotulæ pone super medium Solis, & uide gradus æquationis centri Mercurij, quos sextans è mobili ablatus, circa characterem γ indicat, hos si in flaua regione reperies, adde, aut in alba subtrahe, à medio motu Solis, & prouenit medius motus Mercurij per centrum equatus, Verum aut eius, quære secundum doctrinam præcedentis canonis.

¶ Exemplum de Mercurio.



MEDIUS Solis tempore proposito erat 8 gradus Ω , super quem pono indicem mobilis rotulæ, & sextans cauatus circa characterem γ , indicat 3 gradus addendos, cum in flaua regione reperiantur, & proueniunt 11 gradus Ω , medius nempe γ per centrum eius æquatus, super hunc pono indicem mobilis rotulæ, eaq; sic immota custodio, deinde quæro radicem argumenti

i iij Mer=